



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

alius absque asteveratione. n. 548.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

fit ad consilium vel consolationem capiendam.

## CONFERENTIA. CVI.

Tertius revelat peccatum grave proximi viro prudenti ac bono, de quo habetur moralis certitudo, quod nemini alteri revelabit huiusmodi defectum; an is peccet mortaliter?

R. Cajet, 2. c. q. 73. a 1. dub. 1. cum aliis aliquot, negative? quia censent hanc esse levem detractionem & damnum inde exurgens exiguum. Verum probabilius affirmat Less. lib. 2. c. 11. dub. 11. & DD. comm. Ratio est: quia possidere bonam existimationem in animo Viri probi ac prudentis, est saepe majus bonum, quam possidere eam apud decem malos: ergo gravem injuriam ei interit, qui illum apud talem virum denigrat.

## CONFERENTIA. CVII.

Quartus refert se audivisse hunc vel illum commisisse aliquid quod adhuc occultum est, absque asseveratione ita esse: quomodo is peccat?

Resp. Si talis id faciat intendendo laesionem famae proximi, mortaliter peccare in materia

548.

teria gravi contra charitatem, non tamen contra justitiam Ratio *primæ partis, est.*, quia tenemur nolle malum proximo ex præcepto charitatis, & *secundo*; quia actus ille de se non est ablativus famæ proximi, cum incerta narratio non habeat vim faciendi fidem; ergo quod alii credant, oritur ex eorum malitia & levitate: consequenter narrans non peccat contra justitiam.

## CONFIDENTIA. CVIII.

549. **Q**uintus narrat bona fide crimen alterius, quod credit esse publicum & verum, cum revera sit occultum, vel etiam falsum: an teneatur ad restitutionem, quando cognoscit se errasse? Resp. teneri, non quidem ratione iniustæ damnificationis, sed ratione rei, id est, famæ ablatæ. Ratio desumitur ex supradictis, de possessore bonæ fidei.

## CONFIDENTIA. CIX.

550. **S**eptimo commissum est secretum [ expressa vel tacita conventionione tacendi ] quomodo peccet, si commissum sibi secretum revelerit.  
R. *Cum Comm.* peccare ex genere suo mortaliter, pro ratione materiæ aut damni inde secuti, contra fidelitatem & justitiam.

Ratio est: quia obligatio justitiæ ex genere suo est sub mortali: sed qui secretum expressa vel tacita conventionione reticendum in se suscepit